

in quorum imperium successit humilis Constantinus; ac tandem, ut paucis nulla complectar, nemo ignorat potentissimos Caesares ab urbis romanae sede multis retro annis divini brachii potentia expulsos fuisse, et in eadem humiles Christi discipulos collocatos, Petrum, Linum, Clementem, Silvestrum, et reliquos romanae ecclesiae Pontifices, legitimos Christi vicarios, et Petri successores. Unde quemadmodum potentissimi illi Caesares imperium suum in dies magis dilatare satagentes, varias nationes debellarunt, suoque dominio subingarunt, ita Christi Domini apostoli per universum orbem eius fidem propagantes pene innumera regna christianae legis iugo, non aliis, quam verbi divini bellicis tormentis subdididerunt, ac Dei veri obedientiae mauciparunt. Davide dicente (Ps. 18): *In omnem terram exitus eorum: non hyperbolice, sed vere ait: In omnem terram; nam cum duodecim essent apostoli, in totidem partes, ex quibus componitur universus orbis, ad praedicandum evangelium divisi fuerunt. Tria noscuntur esse orientis signa, gemini, libra, et aquarius: tria meridiei, taurus, virgo, et capricornus: tria occidentis, piscis, cancer, et scorpio: tria tandem aequilonis, aries, leo, et sagittarius. Per quae omnia Christi apostoli peragrarunt, divini verbi gladio, Christi imperio varias nationes subiugantes, Simoni, Bartholomaeo, et Matthaeo primum ternarius orientis in sortem cecidit: Simoni, Aegyptus sub gemini: Bartholomaeo, Bactriana, Licaonia, Armenia, sub signo librae: Matthaeo, Aethiopia, quae sub aquario iacet. Secundus ternarius meridiei in sortem cecidit Andraeae, Thaddaeo, et Thomae: Andraeae quidem Achaia in Graecia sub virgine, Thaddaeo Persia et Mesopotamia sub tauris; Thomae India superior, Brachmanes, et Ircani, qui sub capricornio degunt. Tertius ternarius occidentis contigit in sortem Ioanni, Iacobo minori, et Philippo: Ioanni quidem Asia, Iconia, et Phrigia, sub canero iacentes; Iacobo minori, licet aliquot tanquam Ierosolymitanus Episcopus a Iudaea non discederet, ex Cilicia, et Pamphilia adventantes, qui sub pisce habitant, docere et instruere incubuit; Philippo Syria contigit sub scorpione. Ac tandem quartus aequilonis ternarius, Matthiae, Petro, et Iacobo maiori: Matthiae quidem in sortem cecidit pars illa Iudaeae, et Syriae, quae sub ariete cadit; Petro principi Apostolorum universa Italia, praesertim tamen Roma quae sub leone degit; Iacobo denique Hispania, Caelica, et Arabia felix, quas sub sagittario esse constat: his omnibus Paulum adiungam, de quo Christus Dominus ad Ananiam dixit (Act. 9): *Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus, et regibus, et filiis Israel: quod sane ita exacte divina Christi ope praestitit, ut cum primum catholicam fidem professus fuit, ex Damasco in Ierusalem se contulit ad Christi evangelium evulgandum: deinde in Tharsum, Ciliciae metropolim, postea in Antiochiam, celeberrimam Syriae urbem; rursus in Phrigiam, in Galatiam, in Troiam, in Macedoniam, et in Athenas; inde in Corinthum, in Ephesum, in Mi-**

letum, et in plures alias Achaiae et Graeciae insulas pervenit: post ad Arabes, Italiam denique ingressus est, ac Romam pro Christi nomine, post innumeras nationes evaginato divini verbi ense expugnatas, et Christi imperio subactas, effuso sanguine, animam Creatori suo triumphans reddidit; cui sit honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XXVI.

Variis expositionibus elucidantur verba illa: Esurientes implevit bonis, et divites dimisit inanes: quorum occasione, tremendum illud Christi elogium explicatur: Facilius est camelum pro foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum coelorum: nonnullaque proferrunt adversus divites avaros.

Volens Deipara Maria divini brachii potentiam decantare, in tribus praecipue illam mirifice se ostentasse demonstrat, in evertenda superbiorum sapientia, in expugnanda principum potentia, in frustranda tandem divitum suis in opibus vana confidentia: unde primo cecinit (Luc. 1): *Dispersit superbos mente cordis sui: ecce superbiorum sapientiam evertit: subdidit deinde: Deposuit potentes de sede: esse principum potentiam calcavit; tandem subiungit: Divites dimisit inanes: ecce vanam illorum in divitiis confidentiam frustratur, et confringit potentia divini brachii, opibus suis illos expoliatis, et inanes dimittens. Quia tamen in operibus Dei misericordia, et iustitia praecipue effulgent, iuxta illud Davidis (Ps. 100): *Misericordiam, et iudicium cantabo tibi Domine: iudeo cum dicitibus, in quos divina iustitia invehitur, coniunxit esurientes, in quibus saturandis divina misericordia se prodit et manifestat. Ad utriusque tamen sententiae expositionem accedens, cum in eo quot capitula, tot sint doctorum placita, omnium illa referam, et quaedam eorum nonnulli prosequar, quia si de singulis late disserendum esset, provinciam longe a nostro instituto alienam sumeremus.**

Primum ergo expositionem tradit Episcopus Christopholitanus (in exposit. sup. Magn.), qui per *divites* intelligit angelos, qui de coelo ceciderunt; per *esurientes* vero iustos, qui ad coelestes eorum sedes ascenderunt: verba eius sunt haec: *Homines esurientes, et silentes iustitiam, et cupientes toto conatu iustificari per Christum: et esurientes, et cum effectu, et conatu, et violentia poenitentiae desiderantes illam gloriam, Christus implevit illos bonis coelestibus, et daemones qui erant in coelo divites per naturam, et gratiam, expectantes esse divites per gloriam, si stitissent; et Deo parvisse, dimisit inanes, et vacuos, et frustratos in mente cordis sui, et in sua intentione: quia non solum perdidit sedem Christi, quam usurpare volebant, sed etiam sedes, quae possidebant.*

Secundam expositionem tradit Chrysostomus Lusitanus (de verbis Domini. t. 1. l. 8. c. 2), quae

licet partim cum praecedenti conveniat, partim tamen ab ea dissentit: assertit enim per *esurientes* intelligi angelos bonos, qui esurierunt claram Dei visionem, in qua beatitudo consistit; per *divites* vero intelligi angelos malos, qui multis bonis tam naturalibus, quam supernaturalibus fuerunt locupletati: quia tamen angeli boni esurierunt beatitudinem; illa fuerunt repleti; isti vero, quia in multitudie divitiarum suarum spiritualium superbe confidebant, omnibus illis spoliati fuere, exceptis intellectu et voluntate, quae in eis integra remanserunt quoad vim naturalem. Sed et id etiam redundavit in maiorem eorum miseriam, quia quo plus penetrant infelicem suum statum, eo plus dolent, maioriq; moerore conficiuntur: unde verba Davidis in hunc modum illi accommodat Chrysostomus: *Et quid erit, si de hac bonorum angelorum esurie regius propheta tunc loquebatur, cum dicebat: Divites egerunt, et esurierunt, inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono? quasi diceret, cum divites essent, tamen egerunt, et esurierunt, non diminuti sunt omni bono. Sed quales quaevo, omni bono? Sane illo, de quo Dominus ad Moysen dicebat: Ego ostendam tibi omne bonum. Hoc est, ostendam tibi me ipsum, et illam felicitatem tibi communicabo, quae in mei visione consistit. Hoc ergo omni bono angeli esurientes non sunt diminuti, quia cum in sua esurie Dominum, et non se ipsos inquisiverint, sicut fecerunt mali angeli, scilicet, et non Dominum inquirentes, ipse Dominus esurientes illos bonis omnibus implevit, bonis, inquam, gloriae suae, bonis beatitudinis suae, bonis visionis suae.*

Tertiam expositionem refert ex Theophylacto doctissimus Beuxamis (in sua erudita harmonia), qui per *esurientes* intelligit Gentiles, non habentes Scripturas, legem, vel mandata, quos tamen implevit Dominus, ad Ecclesiam suam illos ducens, bonis Scripturarum legis evangelicae, et sacramentorum opibus; per *divites* vero intelligit Iudaeos, multis bonis Scripturarum, et legis, necnon et divinarum oraculorum responsis locupletes, quos tamen inanes et vacuos dimisit, sine templo scilicet, sine sacrificio, sine sacramentis, adeo ut instar filii prodigi non vescantur nisi siliquis, hoc est, cortice tantum sacrae Scripturae, non interiore, et vero eius sensu, facti in hoc Iudaei Esau persimiles; sicut enim ille prior nata fors venationis inserviens patris benedictionem amisit, ita Iudaei foris vagantes, hoc est, foris in literae cortice iustitiam quaerentes, benedictionem coelestis haereditatis amiserunt, quam tamen Iacob posterior nato, domus remanens acquisivit, hoc est, gentilis populus soli interiori, et spirituali sensui intendens, a Deo consequutus est. Latet quidem ad modum frumenti sub palea spiritalis, et verus sensus sub cortice literae; Iudaei instar brutulorum animantium palea vescuntur, Gentiles vero tanquam rationis participes, spiritus frumentum edunt. Unde Iob (c. 5). Iudaeorum esurient, et esurientium gentilium saturitatem praevident dicit (Iob 5): *Ego vidi stultum, cuius messum famelicus comedit; hoc est, vi-*

di stultum populum Iudaeorum, cuius messum famelicus Gentilium populus comedit. Id etiam ipsum spiritu prophetico praevident Isaias (cap. 65) in persona Dei haec loquens est: *Ecce servi mei comedent, et vos esuriistis: ecce servi mei bibent, et vos sitistis: quasi dicat: ecce servi mei Gentiles ad fidem conversi comedent cibum corporis mei, vescenturque suavissimis catholicae doctrinae epulis, et vos famem patiemini ut canes; ecce servi mei Gentiles bibent aquam vivam salientem in vitam aeternam; ipsi bibent sanguinem meum, et vos siti aridi remanebitis. Haec eandem expositionem acceptat Nicolaus de Lyra dicens: *Per esurientes designantur Gentiles, qui cum magno desiderio verbum Dei receperunt; per divites vero legiserunt, divitiis Scripturarum prius repleti, quos dimisit inanes per eaccocationem eorum, et falsum intellectum Scripturarum: in cuius figura, ut tradit d. Paulus (2. Cor. 3): *Moyes nongratum velamen super faciem suam, ut non intenderent filii Israel in faciem eius: erat quidem velum Moysis singulari gloria et splendore effulgens, sed tamen velamine contextus, manus autem eius in sinu missa, leprosa facta esse memoratur: per quae duo aperte significantur, primum, quod Iudaei Christi gloriam, et maiestatem agnoscere renunt, Apostolo dicente: *Uscue ad hodiernum diem velamen positum est super cor eorum: secundum, quod ex operibus legis nullus erat a peccati lepra emundandus, id enim praenotabat leprosa Moysis manus in sinu recondita. Addunt etiam isti auctores, per hos divites apte intelligi posse haereticos, qui adeo se divites gloriantur, ut se aliis omnibus, etiam antiquissimis Ecclesiae Patribus, praefarent, eisque se sapientiores sibi falso blandiantur, cum tamen revera catholica doctrina, solida veritate, et sacramentorum fructu omnino inanes et vacui remanserint. Utuntur quidem sacramento baptismatis, sed adulti sine gratia illud recipiunt, ut docuit d. Augustinus (tom. 3. de fide ad Petrum cap. 26. et 39): *Firmissime tene, et nullatenus dubites: sacramentum baptismatis non solum intra Ecclesiam catholicam, sed etiam apud haereticos esse potest, sed extra Ecclesiam catholicam prodesse non potest. Imitantur etiam sacramentarii Eucharistiam, sed vacui sunt ipsi mensura et veritate: nam licet dicant vesci et pasci corpore Christi, inania haec sunt, cum corpus Christi sub speciebus realiter existere negent, solumque eius umbram in Eucharistia esse agnoscant: unde consequens est, quod sola umbra pascantur, non veritate.*****

Quartam expositionem praecedenti omnino oppositam ex mente cardinalis Toleti (sup. cap. 1. Lucae) referam; illa enim Iudaeis adversabatur, haec eos exaltat: censet enim promissionis terram fertilem, abundantem, et melle ac lacte manantem, traditam fuisse Hebraeis pauperibus, et esurientibus, ut vocat illos David (Psalm. 106): *Esurientes, et silentes, anima eorum in ipsis deficit; ab eadem vero exclusus fuisse idololatrias, ut sacrilegus idolorum cultus verae ac sanctae Dei religioni cederet.*

Quintam expositionem nos docet cardinalis

Hugo (*super Magn.*), qui per *esurientes* intelligit istos spiritualis profectus avidissimos, quibus saturatis, hoc est, repletio honorum spiritualium promissa noscitur a Christo Domino dicente (*Math. 5*): *Beati, qui esuriunt, et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur*: hi praefigurati videntur per vasa vacua, quae Eliseus replevit oleo, ut legitur (*lib. 1. Reg. 2*); et per altare intrinsecus inane et vacuum, quod Deus sibi fieri praecepit (*Exod. 27*): per *divites* vero intelligit superbos, qui cum multis bonis se locupletes existimant, omni tamen virtute vacui sunt adeo, ut singulis eorum Ioannes dicat (*Apo. 3*): *Tu dicis, quia dives sum, et locupleletus, et nullus ego; et nescis, quia tu es miser, et miserabilis, et pauper, coecus, et nudus*; et contra vero accidit esurienti Dei gratiam et iustitiam, qui spiritualibus bonis a Deo repletur, ut ait David (*Psal. 102*): *Qui replet in bonis desiderium tuum*; vel, ut verit d. Hieronymus (*super Psal. 102*): *Qui replet bonis ornamentum tuum*; quibus verbis satis ostendit esuriam, seu desiderium proficiendum in sanctitate esse praclarissimum animae ornamentum, ac pretiosissimum eius munus. Si autem quaeras, quae sint haec bona, quibus huiusmodi esurientes replentur, arbitror dicendum cum Alberto Magno (*super Magnif.*), tria illa esse, utile, delectabile, et honestum, quorum primum est administrans ad meritum, secundum tribuens ad desiderium, tertium perficiens ad virtutis exercitium: primum est, sicut instrumentum, quo utimur; secundum, sicut dulcedo, qua provocamur; tertium, sicut praemium, quo remuneramur: de primo Isaias (*c. 48*): *Ego Dominus docens te utilis*; ecce bonum utile; de secundo David (*Psal. 15*): *Delectationes in dextera tua usque in finem*: ecce bonum delectabile; ac tandem de tertio increata Dei Sapientia ait (*Ec. 24*): *Flores mei, fructus honoris, et honestatis*. Glossa autem ordinaria per haec bona aeternam beatitudinem intelligit; unde ait: *Qui etiam aeterna toto studio quasi esurientes desiderant, saturabuntur*, cum Christus apparerit in gloria; sed qui terrenis gaudent, in fine totius beatitudinis inanes dimittentur. Et hanc expositionem sequitur Caietanus inquit: *Implectis eos bonis regni coelorum, quae sunt cere bona. Recte ait, quae sunt vere bona, quia illa tantum solida bona censenda sunt, quae possessoribus suis prosunt semper, obunt nunquam; quod aperte constat praestare non posse divitias, honores, magistratus, dignitates, regna, et imperia, cum haec praesaepe nocuisse contemptissimum sit. Hanc solidorum honorum esuriam experiebatur David, cum dicebat (*Psal. 118*): *Concupiebat anima mea desiderare iustificationes tuas*; vel, ut Hieronymus ex Hebraeo veritit: *Esuriebatur anima mea desiderare*; quod perinde esse videtur atque illud, quod poenitentis minus dolenti praecipitur, videlicet, ut doleat, quod non dolet: ita si quis minus vehementer Deum desiderat, cupiat saltem desiderare. Quomodo autem spiritualis haec animae esuries causetur, his verbis edocuit Canellarius parisiensis (*sup. Magnif.*): *Esuries nobis necessaria est, si tantis quaerimus impleri bonis; esuries autem causatur ex evocatione stomachi**

a noxiis humoribus: quod perinde est, ac si diceret, quod ut anima coelestia esuriat, terrenae oportet fastidire, et a terrenis affectibus eam purgare: sicut enim qui vero famelicus est, adeo esurie premi solet, ut omnia sua bona pro aliquo cibo facile commutat, ut contigit Esau, qui cum fame periret, et diceret (*Gen. 25*): *En morior: quid mihi proderunt primogenia? pro pane et lentis edulio vendidi illa*, unde sacer textus subdit: *Comedit, et bibit, et abiit; parvipendens, quod primogenita vendidisset*: ita qui Deus communicat spirituales illam esuriam, qua coelestia charismata ardentur concupiscit, ab omnibus terrenis affectibus se expoliat, et quaecumque pretiosa huius saeculi facile contemnit, ut coelestibus donis repletur, et saturatur.

Sextam expositionem lego apud egregium auctorem Maldonatum (*sup. cap. 1. Luc.*), qui per *esurientes* intelligit egenos, et qui carent rebus temporalibus, quos non semel Deus locupletere solet, sicut e contra divites depauperare, ac bonis temporalibus evacuare, iuxta illud (*1. Reg. 2*): *Repleti prius pro panibus se locaverunt*; vel, ut Euthymius legit: *Repleti prius panibus, dimiati sunt*, hoc est effecti pauperes; et famelici saturati sunt: vel, ut idem Euthymius (*super hunc locum*) legit, et *esurientes dimiserunt terram*. Terram dimiserunt, in qua ob mercedem aerumnose fatigabantur, vel dimiserunt colere terram, atque esse amplius agriculae, effecti nimirum terrae, atque agriculturalium domini, et divites demum ex pauperibus, iuxta illud (*Psal. 33*): *Divites eperuerunt, et esurierunt, inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono*: ubi Euthymius (*in comment. huius loci*) ait: *Cum nullam esse asseraverit defectionem eis, qui timent Dominum, nunc sermone suo fidem facit docens, quomodo huius saeculi divites saepius effecti sunt pauperes, et fame vexati*. Itaque sicut per *esurientes* intelligit pauperes bonis temporalibus, quos Deus dilat; ita per *divites* eos, qui multis opibus affluunt, quos tamen Deus plerumque affluente solet, et vacuos ac inanes dimittit. Hos irridens Salomon dixit (*Eccles. 4*): *Reperi aliam reformam sub sole*. Unus est, et secundum non habet, non filium, non fratrem, et tamen laborare non cessat, nec satiantur oculi eius divitiis, nec recogitat dicens, cui quidem, et fraudo animam meam bonis? Multa laborum sunt, quae effluunt divitum cupiditatem compescere debent, ex illis tamen, quia de hoc genere argumenti Iulius, Deo dante, mihi disserendum est, cum de arcanis evangelicae doctrinae sermonem instituit, solum illud divitibus tremendum Christi elogium in medium producat, et illustrare conlandam (*Math. 19*): *Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum coelorum*. Huius loci varias apud Patres, et doctores reperio expositiones, tres tamen omnium potissimas referam. Prima est Nicolai de Lyra asserentis, Christum Dominum loqui de divite constituisse finem suum in divitiis, cuius deus pecunia est, ut de gulosis et voracibus dixit d. Paulus (*Phil. 3*): *Quorum deus venter est*: sic autem hunc locum exponendum probat ex verbis Christi Domini

apud d. Marcum, ubi postquam dixisset (*Marc. 10*): *Quam difficile est confidentes in pecuniis regnum Dei introire*; immediate subdit: *Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum Dei*. Ex quibus Lyranus intantum stum colligit in haec verba: *Ex quo patet, quod illud quod dicit impossibile, divitem intrare in regnum Dei, intelligitur non de quocumque divite, sed de divite confidente in divitiis, et in ipsis finem constituyente*. Consentit huic expositioni Glossa interlinearis (*super cap. 10. Marc.*), dum *divitem* exponit, divitias amantem: favet et Glossa ipsa ordinaria, dum ait: *Aliud est pecuniam habere, et aliud amare*: multi habent, et non amant, et multi non habent, et amant. Item alii et habent, et amant: alii vero non habere, nec amare se gaudent, qui tutiores sunt, et quidem cum apostolo dicere possunt: *Mihi mundus crucifixus est, et ego mundo*: unde et Salomon non ait: *Qui habet, sed qui amat divitias, fructus non capiet ex eis*. Iuxta hanc autem Lyranus, et utriusque Glossae intelligentiam, verbum illud Christi Domini, impossibile intelligitur rigore, cum impossibile sit salvari divitem, dum in eo perseverat inordinatus affectus ad divitias, constituendo in eis ultimum suum finem.

Secundam expositionem adhibet d. Ambrosius (*ser. in Domin. 8. post Pent. to. 5*), qui idem pulat esse impossibile, quod valde difficile: censet autem per foramen acus portam quandam, per quam difficulter valde cameli transibant, nisi onus deponebant, aut se inclinabant: verba d. Ambrosii accipe: *Nolite, fratres, divitias appellare illas, nolite eas amare, quia si sercietis illis, et cum illis peribitis. Ideo de huiusmodi divite Iesus Christus alibi dicit: facilius est transire camelum per foramen acus, quam divitem intrare in regnum coelorum*. Quae sententia, vercor, ne forte vobis conveniat, qui divitias saeculi huius aut habetis, aut quaeritis. Sicut enim camelus animal, quod est tortuosum atque deforme, perveritas ipsa corporalis per angustissimam acus cavernam praeterire non potitur: ita et divites oneratos avaritia et cupiditate foedatos, ipsa vitas deformitas per arcam viam regni minime introire permittit. Ait enim idem Dominus: *Arcta, et angusta via est, quae ducit ad vitam*. Igitur in camelo difficultatem ingressus praestat habitu membrorum; in divite autem impedimentum magnitudo efficit peccatorum. Huic Ambrosianae expositioni adsuppluntur d. Hieronymus (*ad cap. 16. Isa.*), Augustinus (*1. qu. Evang.*), Chrysostomus (*sup. c. 19. Math.*), Origenes (*ibid.*), Euthymius, Card. Caietanus, et Albertus magnus (*ibid.*), qui ulli auctores adveniunt, Ierosolymis quasdam exiguas portas tempore belli sacras remansisse, quae propter eius angustias, foramen acus appellabantur, per quas proinde magna cum difficultate poterant cameli transire.

Tertiam expositionem adhibent alii, quam veriorum opinatur Angelus Caietanus (*super Missus, disc. 40*), dicentes, per camelum non intellexisse Christum Dominum animal ipsum, sed funem navis, quae etiam graece camelos appellatur; per foramen autem acus signifi-

casae id, quod verba sonant, et non portam aliquam arbis Ierosolymitanae. Et licet videatur impossibile funem illum adeo crassum per strictissimum acus foramen pertransire posse absolute, tamen possibile est, si implicita eius fila explicentur, et paulatim singula, quae subtilia sunt, per foramen mittantur. Significare ergo voluit Christus Dominus, quod sicut in hoc magna est difficultas, ingensque labor impenderetur, ita ingens est difficultas, ut dives nullis opibus onustus regnum coelorum intrare possit: unde oportet, si ingredi velit, ut vel se, instar cameli, exoneret, vel instar parta in varia fila se dividat, male quidem parta singulis creditoribus, vel pauperibus restituens, iuxta illud (*Ps. 11*): *Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in saeculum saeculi*.

Ut tamen ad id praestandum facilius inducamur, audite obsecro innumera mala, quae avaritia et cupiditas divitibus parion: ea eloquenter descripsit d. Chrysostomus (*hom. 29. in Matth. tom. 2*), nam exponens verba illa Matthaei (*c. 8*): *Occurrerunt ei duo habentes daemonia de monumentis excentes, sacri nimis, ita ut nemo posset transire per viam illam*: in hunc modum loquitur: *Acarus est daemoniacus, in sepulchris habitans. Quid enim ipsum poterit ligare? Certe non timor, non quotidianae minae, non exhortationes, non consolatio; omnia haec enim vincula spernit, supplicium putant esse maximum, non vivere in supplicio. Quid enim miserius avaro? Nam daemoniacus verbo Christi abactis daemone liberatus est; pecunia autem servus Christo non auscultat. Nam si gehennae terror incutitur, ac inferni poenae imminere dicuntur, non credit tamen. Quis mentis composit cum huiusmodi hominibus conversabitur? Nam mea quidem sententia, cum mille daemoniacis habitandum potentia esset, quam cum uno qui hoc morbo laboraret. Quando enim simul omnes daemoniaci tantum facinoris committent, quantum Iudas solum commisit? Qui ad extremam iniquitatem turpi pecuniarum ardore delectus est; pariterque omnes, qui avaritiam illius imitentur, quasi ferrea bestiae a catena solutae, cunctos homines nullo resistente perturbant ac lacrant? Et vincula quidem etiam his undique coniecta sunt, iudicii timor, legum terror, mullorum odia, ceteraque huiusmodi; sed his triplicis, omnia turbant. Quod si quis hos necius omnino ab eis auferret, tunc videres, peiore hos daemone ac fortiore quam daemoniacos vexari. Fugite videre legem quandam hominem, qui ab oculis ignem emittit, cui ex utero humano dracones loco manuum dependant, cuius os cavernae quidam magnitudinis sit, in quo pro dentibus oculi enses stent, ex lingua venenosus fons scaturial, venter omni fornice sit ardentior, cuncta quae immittitur, subito consumens, pedes alati, ventis quoque ipsis sublevoens, facies canis ac lupi, nec hominis vocem emittit, sed insuave quiddam atque terribile mugiat; is ad haec omnia facies ardens in manibus tenet. Mira haec foras vobis videntur, sed nondum digne ipsum descripsimus; sequi enim debent horum instrumentorum effectus. Haec imbecineur cum, obtutum factos iugulare,*

*carnes eorum decorare. Sed quid facio? Nam et hoc descripto, in multis trucidatur et avarus in omnes, ad mors insiliens, omnes ut infernus deglutens, communis hominum hostis, quippe qui vellet res omnium sibi arrogare, nec finem huius facit. Verum cum undique cupiditate cuncta collegerit, ipsius etiam terrae substantiam in aurum commutari vellet, fontes ac fluvijs argento optat defluere. Et si fugamus omnia illi impune licere, tunc videbis ipsum arrepto ense nulli parcere, non amico, non cognato, non ipsius parentibus; haec ille. Est et aliud in divitiarum copia et opulentia non leve incommodum, nimium, quod grave fastidium, anxietatem, et atque molestiam parit, timorem et inquietudinem generat; in illis acquirendis labor; in conservandis sudor ac trepidatio; in communicandis timiditas ac livor; in perfrendis invidiam, immo acerbitas et amaritudo reperitur, cum ex terra, quae plena spinis ac tribulis est, originem ducant, et ad eandem terram, quae nihil aliud est quam pulvis et cinis, tamquam ad ultimum finem dirigantur. De qua re egregie d. Ambros. (in Ps. 118. sec. 9) sic scribit explicans illa verba: *Invidiam fecisti cum serco tuo Domine secundum verbum tuum: Nulla videntur in hoc saeculo iucunda esse, quae non sunt, nulla saevicia, bona plurima. Lucris videtur esse iucunda, sed exhausto fit amara patrimonio. Dulcis libido cum ferret, sed eadem horrida et execranda cum prodirit. Suae epulae cum sumuntur, sed foetidae, cum digeruntur. Bona multa in hoc saeculo, dum vicimus, aestimantur, quia usui non sunt, ut pecunia, honor, aurum, argentum, possessiones. Eadem nihil possunt prodesse defunctis; hic omnia relinquuntur. Quin etiam maiori dolore quia moritur, cum his se fraudari cupis ingemisit.**

Verum iam explicemus, quid Deipara significare voluerit, cum hos divites inanes a Deo dimittendos fore praedixit. *Inanes*, ait, hoc est, a spe sua fraudatos etiam in hac vita: scriptum est enim (Iob 28): *Dives cum dormierit, nihil secum auferet, aperiet oculos suos, et nihil inveniet.* Vel dicendum, *inanes*, quoniam Deus extrahens divitias de ventre divitis, quibus repletus erat, vacuum et inanem illum reddit, iuxta illud Iob (c. 20): *Divitiis, quae decoravit, ecomet, et de ventre illius extrahet eas Deus; ubi Hieronymus (super c. 20. Iob): Quod inique et violenter rapuit, et inveniit, merito et Deus poenas illis criminibus eius reddidit, et ita extorqueat ab iniquo, quod iniuste abstulerat. Idem etiam Iob (c. 20) alibi ait: *Domum rapuit, et non aedificavit eam, nec est satiatus venter eius, et cum habuerit quae concupierat, possidere non potuit.* Non remansit de cibo eius; et propterea nihil permanebit de bonis eius. Cum satiatus fuerit, ardebitur, aestuabit, et omnis dolor irruet super eum. Utinam impleatur venter eius, aut emitat in eum iram furoris sui, et pluat super illum bellum suum in quae verba idem Hieronymus ait: *Cum defertis scilicet, et rerum omnium abundantia repletus fuerit, subitus et interitus veniet, coarctatus miseria irruente, atque conclusus calamitatum claudibus. Vel dicendum, ina-**

nes, hoc est, sine radice, et sine franco fundati atque plantati; ac proinde repente ad omnem venti motionem corrunt, iuxta illud Isaiæ (cap. 40): *Equidem neque plantatus, neque satus, neque radicatus in terra truncus eorum, repente facit in eos, et aruerunt: et turbo quasi stipulam auferet eos: et Iob (c. 18): *Doorsum radices eius siccantur: sursum autem attulerunt messis eius: ubi Hieronymus: *Doorsum radices eius siccantur, idest opera, quae in hoc saeculo inveniuntur mortua, mortuisque ariditate similia, sursum autem attulerunt messis eius, in futuro utique mercedem laboris sui minime consequatur. Vel dicendum, inanes, quoniam non solum quantum ad animam, sed etiam quantum ad corpus, aridus et inanis iniquus dives reddit, iuxta illud Iob (c. 18): *Attenuatur fames robur eius, et inedia invadit costas illius. Deoret pulchritudinem cutis illius, consummat brachia illius primogenita mors. Vel dicendum, inanes, quoniam in mortis articulo iniqui divites vacui, et inanes inveniuntur, nihil secum portant, nisi cupidissimum divitiarum affectum, et rerum terrenarum desiderium, iuxta illud Iob (c. 27): *Dives cum dormierit, nihil secum auferet: aperiet oculos suos, et nihil inveniet: et illud (Psal. 75): *Dormierunt somnum suum, et nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis. Aperient autem oculos suos in die resurrectionis, ut bene exponit Hieronymus invidiam, et nullum meritum boni operis invenient. Vel dicendum, inanes, quoniam omnia, quae sunt in ipsis divitiis, et in ipso divite, inania sunt. Imo metaphora, quibus iudicium Dei adversus divites describitur, eorum inanitatem omnino demonstrant, ut egregie adnotavit Albertus exponens illa verba Sapientiae: *Spes impij tanquam lanugo est, quae a vento tollitur, et tanquam spuma graecitis, quae a vento dispersitur, et tanquam fumus a vento diffusus est, et tanquam memoria hospitis unius praetereuntis: super quae verba dicit tria esse in divitiis, et tria in divite, et tria in iudicio divitis, quae omnia divitis inanitatem ostendunt. Primo in divitis est flos saeculi, qui arescit, ut lanugo; fastus iactantiae, qui in ampullas surgit, ut spuma; deinde amaritudo sollicitudinis, quae est sicut fumus excaecans oculos. Secundo in divitis sunt aculei spinarum, in difficultate acquirendi, et timore perendi, quae significantur per carduum ferentem florem, qui arescit in languinem: instabilitas quae significatur per aquam currentem, quia dives undique persequitur fugientes divitias. Tertio divitium iudicium tribus figuris describitur, vento irae Dei, procella, et impletu: de primo Salomon ait (Sap. 5): *Contra illos stabit spiritus virtutis, et tanquam turbo venti dividet illos: et Iob (c. 22): *Erant sicut paleae ante faciem venti, et sicut favilla, quam turbo dispergit. De secundo Jeremias (c. 50): *Procella ruens in capite impiorum: et Ezechiel (c. 13): *Ventum procellae dissipat. De tertio Iob (c. 22): *Consumpti sunt in impetu divites invidiantium. Deus igitur divites dimittit inanes: instar terrae in prima mundi creatione, de qua in Genes. (c. 1): *Terra erat inanis, et vacua: et apud Ierem. (c. 4): *Aspexi terram, et ecce**************

erat inanis et nihil. Quid quod etiam dives seipsum evicerat, Ecclesiastico (c. 10) dicitur: *Nihil est celestius, quam amare pecuniam; hic enim in vita sua protexit intima sua: quid est, intima sua? sane praecordia sua, quia primo Domino dicitur: ubi est thesaurus tuus, ibi est et cor tuum, certe cum cor summ effuderit in divitiis, necesse est corde vacuum, et inanem remanere: unde recte David (Psalm. 61) monuit divites: *Divitiae si affluant, nolite cor opponere.**

Hanc tamen inanitatem egregis aliis metaphoris nemo melius quam Isaias (c. 29) explicuit: *Sicut somniat esuriens, et comedit; cum autem fuerit expergefactus, vacua est anima eius: et sicut somniat silens et bibit, et postquam fuerit expergefactus lassus adhuc sedit, et anima eius vacua est: ita certe contingit divitibus, qui quanto divitiis pleni, ardentiori affectu in eas feruntur, tanto divitiis numeribus, imo et temporalibus plerumque magis inanes redduntur. Verum demum semper illos in magna opulentia degere, adhuc vere sunt inanes, quia divitiae non apponuntur in loco, ubi est cupiditas: locus quidem illius voluntas est, divitiae autem extra voluntatem suam; unde sicut nec cibum, nec potus ori non admoti, et in stomachum transiit, esuriam, et sitim extinguunt, atque venter non minus inanis, ac anlea remanet, sic divites quantumvis divitiis pleni, vacui tamen revera sunt, et inanes. Ex quo facile concitare licet, divitias non vera, sed falsa, fallacia, ac mendacia bona esse: promittunt enim saturitatem, et conferunt esuriam, ut ait David (Psal. 105): *Famen patientur, ut canes: pollicentur diviti pacem, et quietem, et conferunt terrorem illum vexantem (Iob 15): *Sonitus terroris semper in auribus illius: promittunt honorem, et conferunt opprobrium, et despectionem (Psal. 122): *Opprobrium abundantibus, et despectio superbis: pollicentur voluptatem, et conferunt dolorem, quia pungunt, cum vere sint spinae, iuxta Christi Domini sententiam (Luc. 18): *promittunt tandem felicitatem, et conferunt dolorem, et fletum (Luc. 6): *Vae vobis divitibus, quia habetis consolationem, quoniam flebitis: in quibus verbis duplex innuitur vaticinium, nam praedicunt fletum non solum in futuro saeculo, sed et in praesenti, cum iam iam moribundus compellitur omnibus suis divitiis expulsi. Hinc ego divitem avarum testacea pixidiculae angustum orificium habenti, quae Italice *bossoletto*, Hispanice, *alcancua* vocatur, persimilem dixerim: tum quia sicut illa facile pecuniam recipit, difficile tamen eam reddit, propter orificii angustiam, ita dives ad recipiendas divitias manum habet porrectam, ad elargiendas vero compressam; tum, quod praesenti argumento magis inseruit, sicut pixidicula illa testacea angusti orificii, etiam pecuniam plena, non reddit illas, nisi in frusta rumpatur, et frangatur, ita quidem divites adeo tenaces suarum divitiarum esse reperiuntur, ut quousque per mortem frangantur, animam a corpore dividendam, divitiae illorum haberi non possint: unde oportet ad hoc, ut illae aliis prosint, instar pixidiculae eos a Deo confringi, ut dixit David (Psal. 2): *Et tanquam*******

*vas figuli confringes eos, quia violenta contrafractio miseri divites praenilio dolore flere coguntur: ecce mendaces divitias risum promittentes, et non nisi fletum dantes. Qui igitur fratres divites eslis, pauperes esle qui solum nam cum Salomon (Eccles. 13) dicit: *Bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia, recte fieri potest, ut divitis affluentes, pauperes spiritui sitis: sic enim divitiae graeae erunt Deo, cui sit honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.**

HOMILIA XXVII.

Variae proferuntur expositiones in illa b. Virginiis verba: Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiae suae.

Proposita verba habent se quasi clausula quaedam finalis totius huius cantici, quasi epilogus omnium eorum, quae in eo praedicta fuerant, et quasi centrum omnium linearum, quasi complementum omnium canonicorum, quasi finis totius legis, et universorum prophetarum, ac tandem quasi adimpletio omnium umbrarum, et consummatio omnium figurarum: *Suscepit, inquit (Luc. 1), Israel puerum suum, recordatus misericordiae suae, sicut locutus est ad patres nostros: ac si diceret: Quod prophetae praedixerunt: iam venit; quod umbrae indicabant, iam praesens est; quod patriarchae figurant, iam adimpletum est; quod sancti Patres desideraverunt, iam obtinemus; quod ante postularunt, iam accepimus; quod tantopere videre concupierunt, iam vidimus; quod denique Deus Abrahamae promissit, nunc in temporis plenitudine, catholica praesente fide, exhibitum agnoscimus. Beata autem Virgo ut non ineloquens, quin potius ut disertissima, ac sapientissima oratrix, rethorica gradationi inservens, postquam minora beneficia commemoraverat, et pro eis gratias egerat, tandem gradum fecit ad magnificandum Deum pro supremo omnium beneficio, humanae scilicet carnis susceptione ex populo israelitico: *Suscepit Israel puerum suum.* Unde magnus ille Cancellarius parisiensis (super *Magnif.*) eruditè ait: *Sunt illa beneficia Dei, magna valde, pro quibus psallat iuvenula nostra in hoc psalterio de hac ordo, magnificans in anima Domini, cum exultatione spiritus in Deo salutaris. Magnificat, quod respererat humilitatem ancillae suae; quod beata diceretur per omnes generationes; quod fecisset et magna, qui potens est, et sanctum nomen eius: hoc quod ad magnitudinem Dei in se, et ad singulari beneficium collatum in Maria pertinet. Procebat consequenter ad inspirationem aliorum sub generali narratione beneficiorum, sub varia tropica antithesi, iungens cum misericordia morem severitatis, cum dispersione et depositione superiorum exaltationem humilitum, cum esurie satiente exultationem inanem. Tandem omnino conclusit ut oratrix peritissima per hoc verbum: suscepit Israel puerum suum: in quo supremum omnium beneficiorum latet, humanae scilicet carnis a Verbo divino**

ad unitatem suae personae mira susceptio. Scio quidem, non infimi nominis doctores autumasse, sensum horum verborum esse, quod Israel suscepit puerum Iesum, et recognoverit illum, tanquam verum Deum: suscepit enim cum b. Virgo in utero suo: *Inventa est in utero habens de Spiritu sancto*: suscepit eum sanctus Ioseph in domum suam: *Accipe puerum, et matrem eius*: suscepit eum magnus Ioannes Baptista, qui et intra materna viscera inclusus tripudians eum coluit: *Exultavit infans in gaudio in utero*: et postea testimonium ei perhibuit dicens (Joan. 1): *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*: suscepit beata Elisabeth Dominum Deum suum vocans (Luc. 1): *Unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me?* suscepit eum propheta Zacharias, summus sacerdos, celebre illud promens Canticum (ibid.): *Benedictus Dominus Deus Israel, quod Christum Dominum redemptorem mundi esse, divino Spiritu afflatus testatus est: suscepit Simeon illum sanctus, et iustus senex, qui in tempore multis adstantibus Salvatore mundi illum cecinit* (Luc. 2): *Quia viderunt oculi mei salutare tuum*: suscepit Magi reges, tanquam Deum hominem eum adorantes (Matt. 2): *Et proclidentes adoraverunt eum*: suscepit tandem apostoli dicentes (Matt. 19): *Ecce nos reliquimus omnia, et sequi sumus te*. Ceterum cum hi omnes paucissimi sint, si conferantur cum ingenti multitudine israelitica gentis, quae Christum Dominum non recepit puerum suum, ut expressis verbis dixit d. Ioannes (c. 1): *In propria venit, et sui eum non receperunt, non videntur quomodo apud illa verba: Suscepit Israel puerum suum, praedictam expositionem sustinere possint*. Scio etiam, alios eorumdem verborum interpretes, intelligentes verba ista de susceptione activa ex parte Dei, et passiva ex parte populi israelitici, ita ut Deus sit suscipiens, Israel vero puer susceptus a Deo, dixisse, susceptionem hanc significare protectionem Dei, quae potenti suo brachio opem tulit populo israelitico, et ab hostibus eum defendit: ita docet Euthymius, qui (in expositione huius loc.) legit: *Auxiliatus est Israeli puer suo, protegit israeliticum populum servum suum*: et Iansenius (in sua Conc.) hanc sequens expositionem inquit: *Hunc itaque, id est Israel, suscepisse Deum inquit, quia more succurrentis, ac manum porrigentis eum salvandum ab hostibus suis, et omni malo recepit*. Accipit etiam eandem expositionem doctissimus Maldonatus (in cap. 1. Lucae), eamque deducit ex graeco vocabulo correspondenti latino suscepit, quod vim habet declarandi Deum populum suum, iam omnino deiectum desertumque, quasi prorecto brachio, et supposita manu suslinuisse, et exersisse, ad eum modum, quod David dixit (Psal. 26): *Pater meus, et mater mea dereliquerunt me*; *Dominus autem assumpsit me*. Unde Beda (hom. de vis. Virg.) inquit: *Suscepit Israel, quasi medicus aegrum, quem curaret, quasi rex populum, quem ab hostium incursione defenderet, imo heste prostrato liberum redderet, ac secum perpetuo regnare donaret*. Ac tandem Hugo cardinalis (in com. huius loc.) praedicta omnia confirmat, dicens: *Suscepit Israel, id est,*

populus iudaicus, puerum suum, non dicit Dominum, quia venit ministratus, non dominatus: Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, unde dicere debebant Iudei illud Isaiae 19. Puer natus est nobis, et filius datus est nobis. Videnturque sane verba Virginitis aludere ad verba illa Isaiae (c. 42): *Ecce servus meus, suscepim eum, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea: sensus igitur horum verborum est, quod Deus suscepit populum iudaicum ad variis modis illi opitulandum*. Suscepit enim illum ad protegendum, iuxta illud (Psal. 26): *Dominus illuminatio mea, et salus mea, quem timebo? Dominus protector vitae meae: ad docendum (Joan. c. 13): Vos vocatis me magister, et Dominus, et bene dicitis: sum etenim: ad regendum, et gubernandum (Psal. 22): Dominus regit me, et nihil mihi deerit: ad ascendendum (Joan. 10.): Ego sum pastor bonus: ad sanandum (Psal. 102): Qui sanat omnes infirmitates meas: ad purificandum (Apoec. 1): Lavit nos a peccatis nostris in sanguine Agni: ad solvendum vincula culpae, et poenae (Psal. 145): Dominus soletis compeditis: ad locupletandum (1. Reg. 2): Dominus pauperem fecit, et ditavit: ad nutriendum velut infantem (Ose. 11): Tanquam nutritus Ephraim, portabam eos in brachiis meis*.

Scio tandem, alios expositores cum Chrysostomo Lusitano verba haec: *Suscepit Israel puerum suum*, interpretari de susceptione, non populi iudaici, quem potius Deus reprobat, sed Gentilis, quem denuo vice illius accepit: nec inveniunt, autem, sub nomine Israelis plebem gentilem intelligi, quia cum Israel idem polleat, quod videns Deum, et Gentilis ad Deum conversus eum videat in speculo fidei, merito Israel nuncupari potest: itaque sicut ex duobus Isaac filiis, Esau, et Iacob, maior fili a Deo reprobatus, minor susceptus; et sicut ex duobus filiis Iosephi Ephraim, et Manasse, minorem natu Ephraim patriarcha Iacob praetulit maiori natu Manasse, quia licet hunc haberet ad dexteram, illum vero ad sinistram, commutans tamen manus, dexteram posuit super minorem, sinistram vero super maiorem: non secus Deus habuit duos filios, quorum maior natu erat populus Israel, iuxta illud (Exod. 4): *Filius meus primogenitus meus Israel: minor natu erat populus Gentilis; verum Deus super duos istos populos manus cumulavit, et super maiorem natu, quem antea habebat ad dexteram, posuit sinistram; super maiorem vero, quem habebat ad sinistram, posuit dexteram*. Nec hoc mirum cuiquam esse videatur: nam licet Iacob oculi praemia senectute iam caligarent, mentis tamen oculis futura praevidens, illam fecit manum commutationem, dexteram ponens super minorem natu Ephraim, qui frugifer, seu fructificatio interpretatur, sinistram vero super maiorem natu Manassem, qui oblitus, sive oblivio significat: cur non ergo Deus, qui ipsi Iacob dedit in spiritu futura praevidere, et cuius oculis, iuxta dictum Apostoli (ad Heb. 4), omnia munda sunt, et aperta, israelitici populi in Manasse figurati ingratitude, et tantorum beneficiorum oblivione, quam non solum prae-

vidit, sed postea in Filii sui incarnatione re ipsa experiens, Gentilium populum per Ephraim significatum, illi non praeferret? cur non istius populi augmentum, et fructificationem, et illius sterilitatem praesciens, super istum dextram Deum non collocaret, hoc est, suam electionem, suam misericordiam, suam opem, et suam gratiam non impertiret, super illum vero sinistram reprobationis, et expulsionis non porrigeret? Vere praevidit Deus, praevidit certe populi istius ingratitude, et illius gratitudinem erga susceptorem Salvatorem suum, et ideo dixit: *Suscepit Israel puerum suum*; ac si aperius diceret: *Suscepit Deus Israel non ingratus, sed gratus; non carnalem, sed spirituales; non veterem, sed novum; non sterilem, et infrugiferum, sed feracem et frugiferum; denique non senilis, sed puerilis aetatis: Suscepit Israel puerum suum*.

Porro licet has omnes interpretationes probabiles censeam, doctoris Bonaventurae tamen (super cap. 1. Lucae), Alberti magni (ibid.), et Lyrani explicatio nobis magis aridit, qui omnes asserunt, beatam Virginem, quae tunc temporis quando canticum hoc cecinit, tota erat intenta, et immersa in incarnationis Verbi divini contemplatione, per illa verba, *Suscepit Israel puerum suum*, intellexisse mirabilem humanae naturae a Verbo divino susceptionem ex populo israelitico: cum enim suscipere, iuxta linguam latinae peritos, idem sit, quod sursum capere; certe Verbum divinum in sublime a Deo evchens carnem humanam, ut illam assumeret ad celsitudinem suae personae, merito dicemus, quod illam suscepit, seu sursum cepit: d. Bonaventurae verba haec sunt: *Suscepit Israel puerum suum, memorari misericordiae suae; hoc factum est, quando carnem nostram suscepit, nusquam enim angelos apprehendit, sed semen Abrahae apprehendit*. Latius tamen idipsum confirmat Albertus magnus in hunc modum: *Suscepit Israel. Triu dicit, unionis videlicet modum, et assumptum, et assumpti actum*. In unionis modo duo sunt, unum quidem ex Verbi proposito subintellecto, quod est assumens: et secundum ex verbi significatione, quod est assumptio: modus suppositum Verbi est, quod primo in canticum inductum est, cum dicit: *Magnificavit anima mea Dominum; quia Dominus est assumens; et brachium Domini, in quo Dominus fecit hanc potentiam*. Dicamus igitur: ipse Dominus in brachio suo potente suscepit. Non enim hoc facere poterat, nisi Dominus; nec conveniens erat facere, nisi in brachio, quod est Filius. Non enim Pater ab alio est, et ideo neque aeternaliter, neque temporaliter nascibilis est: Spiritus autem sanctus, quamvis ab alio sit, tanquam nascibilis non est, et ideo filius inconvenienter esset. In brachio ergo, quod est Filius, qui et ab alio est, et nascibilis, ut dicit Hilarius, hanc perfecti potentiam operationis. Hic est ergo assumens, sive suscipiens. Susceptionis autem modus est in compositione quaerendus, quod verbum, suscepit, componitur a sursum, et cepit, quia assumendo nos, sursum erexit, suscepit enim in naturam, in gratiam, in defensionem, in gubernationem, et in beatitudinem. Ac tandem Nicolaus de Lyra (sup. cap. 1. Luc.) eadem

assentiens expositioni, in hunc modum loquitur: *Suscepit Israel puerum suum: quia Deus accipit carnem perilem de populo Israel, quod fuit beneficium illi populo collatum particulariter, maxime quantum ad credentes de populo isto: Recordatus misericordiae suae. Ad modum enim recordantis se habuit, quando Filium suum Patribus antiquis promissum in carne misit; ideo subditur: sicut locutus est ad Patres nostros, id est, ad patriarchas et prophetas, Abraham, et semini eius, secundum quod dicitur Genes. 22. In semine tuo benedicentur omnes gentes terrae. In saecula, quia caro humana permanebit aeternaliter desolata unita; haec ille: quibus praeclearum rationem innuit ad stabilendam hanc expositionem: nam cum b. Virgo dicat, quod suscepit Israel puerum suum, sicut loquutus fuerat Abrahae, loquutus autem fuerat, ex genere eius carnem susceptorum: loquitur igitur b. Virgo de hac susceptione in praedictis verbis: *Suscepit Israel puerum suum*.*

Quod si percontor, quando suscepit, iam supra dixi, post prolata illa potentissima Mariae verba (Luc. 1): *Fiat mihi secundum verbum tuum*: haec enim omnia Dei promissa perfectissime compleverunt: fuit namque illa Mariae vox instans sonantis illius vocis, quam Dominus Esdras audire praecipit: ostendat Dominus quadam nocte ipsi Esdrae nonnulla signa, ipsi vero Esdras cum illorum finem seire desiderasset (4. Esd. 6): *O Dominator, inquit Domine, si invenit gratiam ante oculos tuos, oro ut demonstres servo tuo fidem signorum tuorum, quorum partem mihi demonstrasti nocte praecedente*. Ad quae respondens Dominus: *Surge, inquit, super pedes tuos, et audi vocem plenissimam sonitus; quasi diceret: fuit signum incedum, quorum partem nocte praecedente tibi demonstravi, tunc erit, quando audies vocem plenissimam sonitus. Haec vox plenissima sonitus, quam Esdras audire iubebatur, ut videret finem signorum Domini, quo videm Mariae erat, qua dixit (Luc. 1): *Ecce ancilla Domini; fiat mihi secundum verbum tuum*: nam vox ista sonitus fuit, quia ubi primum intulit de terra, Domina, et humillima dedit vocem suam, statim et universam in caelis laetificavit sanctam civitatem Ierusalem, et habitantibus in regione novae mortis lux orta est eis; lux, inquam, ubi gradus, novae laetitiae, et novi tripudii. An non vox ista sonitus? An non multo velocior, et penetrabilior, quam illorum vox, de qua dicitur (Psal. 18): *In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum?* Multo quidem per omnem modum. Signidem haec Mariae vox non solum in omnem terram, et in fines orbis terrae velocior discurret, sed coeli, et inferni secreta fortiter penetravit. An non etiam vox ista plenissima, ad quam plenissime adimpleta fuerunt omnia signa, omnia figuram praeeambula, omnia documenta Scripturarum, et omnia desideria prophetarum? Ad istam vocem ecclesius est lapsus sine manibus de vertice montium, et replevit faciem universae terrae. Ad istam vocem Aaronis virga floruit, et flos de radice eius ascendit, super quem requievit spiritus sapientiae, et intellectus, spiritus consilii, et fortitudinis*

dinis, spiritus scientiae, et pietatis, spiritus timoris Domini. Ad istam vocem proraverunt caeli desuper, et nubes pluerunt iustum, aperta est terra, et genuinavit Salvatorem, quem prophetae praenuntiaverunt, angelus praedixit, et ipsa Virgo credidit. Denique ad istam vocem, vo- cem plenissimum, plenisse completum fuit magnum illud divinae pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, praedicatum est gen- tibus, creditum est mundo, et assumptum est in gloria. Quare autem Deipara Maria vocavit Christum Dominum puerum, non autem Sal- vatorem mundi, verum Messiam, aut certe Fi- lium Dei humana carne indutum? Angelus Cae- lestinus respondet, quod cum beata Virgo in sacrarium Scripturarum lectione veratissima es- set, et ab Isaia, et Davide nullis in locis puer vocitaretur: Puer natus est nobis, et filius datus est nobis: Eos puer meus, quem elegi: Puer parvulus minabit eos: Da imperium tuum puero tuo; ideo puerum illud vocavit. Deinde ait, quia spiritu propheticum praenoverat Deipara Christum Dominum a sacris evangelistis fre- quenter appellandum puerum: Surge, et accipe puerum, et matrem eius: Puer autem crecebat, et confortabatur; idcirco puerum illum nuncupavit. Ego autem, ni fallor, crediderim, Ma- riam consulto filium suum vocasse puerum, quia puer in divinis eloquiis usurpatur pro servo; Christum autem Dominum humiliter semetipsum formam servi accipiens, ut ait Paulus (Philip. 2): unde et ipse dixit (Matth. 20): Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare. Ex quo egregie Albertus magnus dixit (sup. cap. 1. Luc.), Christum Dominum carnem assump- sisse, ut ageret puerum, hoc est, non domi- num, sed servum: Discipuli ad hoc alludentes, quamvis aliqui Iudaei convenissent Ierosoli- mas ad Christum Dominum occidendum, cum non puer, sed fere triginta, et trium annorum adollescens esset, dixerunt (Act. 4): Concreverat vere in civitate ista adversus sanctum puerum tuum Iesum, quem unctis, Herodes, et Pontius Pilatus. Quod si pueri ethymologiam consulamus, dicitur enim puer, quasi purus aer, propter puritatem, ut docent Archidiaconus (in cap. 1. de Clerico aegrot. lib. 6), et Albricus (in suo repertor. in 1. alphabeto verbo puer), ideo puerum illum vocavit, tum ad significandum excellentiam Christi Domini puritatem, et innocen- tiam; tum ut doceret, oportere nos, si incarna- tionem Verbi divini mirificos fructus percipere volumus, parvulus effici, iuxta illud Christi Do- mini (Matth. 18): Nisi efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum caelorum. Parvuli qui- dem absque peccati malitia vitam agunt, unde Apostolus monens nos in hac innocetia eor- um fieri aemulatores, ait (1. Cor. 14): Fratres, nolite pueri effici sensibus, sed malitia parvuli. Pueri odium facile deponunt, iuxta illud Pauli (Ephes. 4): Sol non occidit super iracundiam vestram. Pueri de crastino non sunt solliciti, iuxta evangelicium consilium (Matth. 6): Nolite solliciti esse dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Pueri non confidunt in se, sed in patre suo: unde Ieremias ait (c. 17): Maledictus qui confidit in homine, et

ponit carnem brachium suum: et rursus: Benedictus vir, qui confidit in Domino. Pueri si per- cantiantur, confestim plorantes ad parentem suum confugiunt, quomodo confugiebat David (Psal. 119): Ad Dominum cum tribularer, clamavi, et exaudivit me. Pueri sunt timidi, quorum timo- rem desiderabat propheta, cum enixe postula- bat (Psal. 118): Confuge timore tuo carnes meas. Pueri non sunt fraudulentuli, d. Petrus dicens (1. Pet. 1): Sicut modo geniti infantes, sine dolo lac concupiscite. Parvuli pueri in brachiis por- tantur a parentibus (Osee 11): Portabam eos in brachiis meis. Tandem pueri, si nunc plor- ant, facile postea ridet, in quo et iusti eos imitantur, quibus Dominus dixit (Ioan. 16): Amen dico vobis, quia plorabilis, et flebilis vos, ecce fletum, sed tristitia vestra vertetur in gau- dium, ecce risum. Equidem licet isti plorantes nascantur, iuxta illud Salomonis (Sap. 7): Pri- mam vocem similem omnibus emisit plorans, ri- dentes tamen, et spiritaliter gaudentes moriun- tur, ut tradit d. Ioannes (Apo. 14): Beati mor- tui, qui in Domino moriuntur. Sed pro dolor! pauci huiusmodi pueri inveniuntur, multi autem quos Isaias maledicens dixit (cap. 66): Puer centum annorum morietur: hi sunt, qui instar puerorum pretiosa monilia pro pmo facile commutant (4. Thren. 2): Dederunt pretiosa quaeque pro vino: qui a mano usque in sero versuntur (Isai. 56): Canes impudentissimi, qui nescierunt saturitatem: qui somno nimium indulgent (ibid.): Dormientes, et amantes som- nia: qui rationis iudicio carent (Prov. 22): Multi- titudo colligata est in corde pueri: qui dispersi ad domum patris reverti nesciunt (Psal. 102): Erraverunt in solitudine, et viam civitatis ha- bitaculi non invenerunt: qui facile rixantur (Isai. 16): Homo percussus suscitavit lites: qui tandem tempus in iocis, et ludis conterunt, quorum singulis Ovidius (lib. 1. de rem. amor.):

Tu puer es, nec te quidquam, nisi Iudaeo oportet, Lae, decent animos mollia regna suos.

Porro, iam ad explicanda verba illa Virginis recordatus misericordiae suae, nostra pergat or- ratio. Certum est apud theologos, quod sicut in Deum oblivio cadere non potest, ita nec re- cordatio: unde quando in sacra Scriptura re- peritur, Deus recordari, vel oblivisci, metaphorice accipiendum est, quatenus multum temporis praeterierit ab eo, in quo aliquid promisi ad illud, in quo promissionem implevit. In hoc sensu dixit olim Moyses (Exod. 2): Recordatus est foederis, quod pepigit cum Abraham, Isaac, et Jacob, et in eodem etiam beata Virgo ait: Recordatus misericordiae suae; itaque sicut ille, qui aliquid se nobis daturum promisit, quando- que oblitus dicitur; ita Deus, qui Filium suum quodam mundi Redemptorem promiserat, quando- que oblitus dicitur; ita Deus, qui Filium suum quasi suae pollicitationis oblitus. Verum post- quam illum misit, tunc Deus, qui antea vide- batur quasi suae pollicitationis oblitus, dicitur suae misericordiae recordatus. Et ideo per metaphoram de Deo di- cit nostra Virgo: Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiae suae. Sed quomodo, di-

mih, Dominus suae misericordiae non recora- daretur, qui tantis mediis usus est, ut eius nunquam oblivisceretur? sicut enim nos tri- bus frequentius uti solemus, ut ea, quae vo- lumus memoria retinere, ab ea non decendant, aut enim in sudariolo nodum conficimus, aut in digito aliquid ligamus, aut in libro scrip- tilamus: ita omnibus istis tribus modis Deus usus esse videtur, ut nunquam suae erga nos promissionis oblivisceretur. Imprimis enim in- dissolubilem nodum dedit, cum Filium dare promittens specialiter Abrahae se obligavit, cui primo facta est a Deo de Christo repositio (Gen. 12): Benedicam tibi, et multiplicabo semen tuum, sicut stellas coeli, et velut arenam, quae est in littore maris: possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, et benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae. Sic etiam de Ab- raham dicit Apostolus (Gala. 3): Abrahæ dictae sunt promissiones, et semini eius. Deinde fecit Deus signum in digito suo. Sed quid dico si- gnum? multa signa in digito suo, hoc est, in Spiritu sancto, operatus est, propter quae omnino stupefacti malefici Pharaonis dicebant (Exod. 8): Digitus Dei est hic. De hoc digito locutus est Christus, cum dixit (Luc. 11): Por- ro si in digito Dei eicio daemonia, profecto per- venit in vos regnum Dei. Hoc suo digito signa- tur Deus, et in cordibus, et linguis propheta- rum scriptis, quaecumque ipsi de Filio suo pro- phetarunt; et ideo d. Petrus (2. Pet. 1): Hoc primum intelligentes, inquit, quod omnis pro- phetia propria interpretatione non fit, non e- nim voluntate humana allata est aliquando pro- pheta, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines.

Denique ut Deus semper recordaretur promissionis suae factae de mundi redemptore, usus est etiam tertio scriptiois medio, scrip- sit in libro. Unde in persona Christi dicit pro- pheta (Psal. 39): In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam, Deus meus volui. Idque est valde conforme cum illo quod in propria persona ipse Christus dixit (Ioan. 6): Descendi de coelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me. Itaque omnibus istis tribus mediis usus est Deus, ut recordaretur adimplere, quod tanto ante promisit. Merito ergo dicit nostra Virgo: Suscepit Israel puerum suum, recordatus miseri- cordiae suae. Quamvis autem certum, et explo- ratum sit, Deum nunquam misericordiae suae oblitum fuisse, cum et iratus illum oblivioni non tradat, Abacuch dicens (c. 3): Cum iratus fueris, misericordiae recordaberis; postquam tamen Filium suum in virginis Mariae thala- mum carnem assumpturum misit, specialem humani generis memoriam habet, ut ei benefaciat, omnemque iram ab eo avertat. Sicut enim olim coelestem arcum posuit Deus in ae- there in signum pacis (Gen. 9): Arcum meum ponam in nubibus caeli, et erit signum foederis inter me, et inter terram, et non erunt ultra aquae diluvii ad delendum universam carnem; ita adveniente plenitudine temporis Deus coelestem divini Verbi arcum in fulgentissima Ma- riae nube collocauit, arcum quidem variis vir- tutum coloribus distinctum, arcum fortem, un-

de excussae fuere sagittae potentiae arcum, quae inferni claustra penetrarunt, arcum tandem coelestem in signum foederis, et reconciliatio- nis nobiscum. Unde si quondam Salomon (Ec- cles. 43) solius iridis, seu arcus coelestis pul- chritudinem contemplantis non ad eius auctorem laudandum invitabat: Vide arcum, et benedic eum qui fecit illum, valde speciosus est in splendore suo; quid quaeo diceret, si huius divini arcus in tam pulchra, ac perbella nube positi miram speciositatem, quae iridis pul- chritudinem infinito intercapedine superat, o- culis suis conspiceret? si Salomon etiam Simo- nem dicit filium magnum sacerdotem com- mendans inter alios eius laudes dixit (Eccl. 50): Quasi arcus resurgens inter nubis gloriae; quibus quaeo laudibus extolleret aeterni Pa- tris Filium summum Sacerdotem in aeternum secundum ordinem Melchisedech, cum ille qui est splendor Patris, omnem creatum splendo- rem praecelat: coelestis enim arcus, propter solares radios non immissos, effulget; hic autem non ab extrinseco opus habuit suam emen- dicare claritatem, cum per essentiam ipse sit lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ad extremum ar- bitror b. Virginem consulto dixisse: Recor- datus misericordiae suae, ut significaret Verbi divini incarnationem, cuius laudes decantabat, non ex humanis meritis, quae nulla ad tam immensum bonum promerendum valere poterant, sed ex mera Dei gratia, misericordia, ac munificencia profuisse: non enim Abrahæ fi- des, non Moysis mansuetudo, non Iob patientia, non planctus Ieremiae, non suspiria, et clamores prophetarum, non denique heroica patriarcharum opera Verbum divinum huma- nae carnis mortalitate indiu meruerunt; sed tantum ac tam sublime opus sola Dei miseri- cordia promisit, et b. Virgine cooperante in eius utero perfecti; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XXVIII.

Interpretamus ultima illa verba Mariani Cantici: Sicut locutus est ad patres nos- tros Abraham, et semini eius in saecu- la: ubi tria praecipue ostendimus; pri- mum per sex mundi aetates Deum lo- cutum fuisse de Verbi divini incarnatione; secundum, Deum in suis promissio- nibus fidelem, mundum vero infidelem, et mendacem esse; tertium, verum se- men Abrahæ non Iudaeos, sed catholi- cos esse.

Si ad promissionem de Verbi divini incarna- tione mentis aciem convertamus, plane in- veniemus, non solum Abrahæ, sed multis re- tro temporibus ante illum antiquioribus patri- bus Deum Filii sui incarnationem pollicitum fuisse. Promisit illam Adamo, et Evae, cum vin- dictam sumpturum de serpente affirmavit, cuius caput conterendum erat per semen, seu filium